

Samuel discebat legem Domini & muscen. Alij, Sub disciplina & imperio Heli, ab eius nutu pendens: quod quidem vivide explicatur per ly Ad faciem, vel Ad facies. His verbis non ostenditur perfectio ministerij, sed obsequium servitij: quasi nimirum ministraret ad institutionem, ad arbitrium, & tenorem Heli. Ideo etiam ministraret ante faciem Domini, propter Heli directionem, additur Puer. v. 18. & cap. 3. 1. ut accipio phrasis apposite constat: Puer ministrabat Domino coram Heli: igitur absolute ly Ante faciem Dei, vel Domini excludit hominis magisterium, sicut de Ioanne dicitur, Luc. 1. 76. Praebis ante faciem Domini, &c. Quare Gregor. Magn. lib. 2. in 1. Reg. cap. 3. inquit: Ante faciem Domini prae describitur, quia in ministerio suo non erat secutus arbitrium superioris hominis, sed inspirationem Divinitatis. Illa in ætate Samuel ministrans, sequebatur Heli arbitrium, in ordine ad ministerium. Hoc inquit Ante vel Coram facie. Morigerorum igitur conditio infantium, dum aliquantisper ratio micat, nihil coram parentibus, pedagogo agere, quin in faciem illorum intendant, & oculos in oculis figant; ut nutu intelligant, an placeant, vel an displiceant.

Greg. Mag.

Plaut.

Perfius.

Plutarch.

Quæ scilicet excellens me indolis in Samuele?

Sil. Ital.

Horat.

Senec.

Plutarch.

Florent.

Cura Heli in educatione Samuelis.

Vultum d' vultu comparant: Ut inquit Plautus in Amphitr. Act. 3. scen. 3. vers. 5. Ad rem Perfius, Satyr. 5. à v. 36. Teneros tu suscipis annos, Artificemque tuo ducit sub pollice vultum. Ubi Ioannes Britanicus subdit: Metaphora sumpta ab his, qui imagines ceræ formant. Sumpsit ex Plutarcho libell. de Instit. liber. prope init. Ut enim membra corporis (inquit) quò rectè hæc adolescant, mox à partu conformare pueris necesse est; sic puerorum decet à primo componere mores. Quomodo enim molli ceræ imprimuntur sigilla, sic discipline animis eorum, qui etiam sunt pueri, insculpuntur. Ita ab unguiculis teneris, quasi sub pollice ceræ docilis, componitur vultus ad morum rectas figuras, & vultus magistri sic artifex actionum pueri, in eum curiose, ac studiosè intendens: sicque ad istum & in ista oculi, nutu tantum in cunctis actionibus imprimuntur puero imago probitatis, regijque mores.

Iam credit puer, atque annos transcendere facili Molitur, longumque putat pubescere factis. Te duce primitias lucis, te magna magistro Audeat, & primum hoc vincat servasse pudorem.

Deflectitur ficine in aptiora, atque meliora. Sil. Ital. 4. de Bell. Pœnic. à v. 428. Pueri nonnunquam vifas æmulantur actiones: circumspeditioneque Heli (dum frequenter, ut canit Horat. de Art. v. 58.

Reddere qui voces iam scit puer, & pede certo Signat humum, gestit paribus colludere, & tram Colligit, at ponit tenerè, & mutat in hora.)

Vultum verba pueri decent, lingua manente sub custodia, ac habitu totius corporis sub modestia, utpotè sacerdote summo, pedagogo præfente. Haud Samuel quibãt dicere, quod ille alius apud Plaut. in Pœnul. Act. 3. scen. 2. v. 15. Quæ sit facia nescio: si quidem in magistrum intendebatur & ministeria & operationes emincerant tanquam in templo, & coram Sacerdote.

33 Aliquis vir bonus eligendus est (inquit Stoicus Cordub. Epist. 1. 1.) ac semper ante oculos habendus; ut sic tanquam illo spectante, vivamus, & omnia tanquam illo vidente factamus. Proinde prout ex Platone prodit Plutarch. quò nuper, Pueris nec commemorari congruit fabulas; ne animos horum à principio recordia, ac vitij contingat impleri. Si aliquid viget deforme, formandum, aut reformandum lingua magistrum.

En quanto studio rudes catellos Urfa perpoliat, decentiorem Donec imprimat, ingeratque formam; Mortales meritò rubere discant, Qui neglecto animi nitore palabri In natis, modò sunt luti parentes.

Uti canit Florent. Schoönhovius, Embl. 72. Indoles pueri Samuelis formã fulgebat decenti: traditur Heli in formam decentiorem; ut magister præ oculis habitus, formas sublimium motum, dotisque animi inferret in pectus.

Non

Non tuam veritas factem:

Dicebat procox Tyresias apud Sophocl. in Oedip. Tyrann. 11. 463. Samuel autem cuncta faciebat ad arbitrium Heli, ad vultum vultu converso, verecundè sanè, antequàm possit reprehendi: Ita ut semper tam in creditis ministerijs, quàm in disciplinis perdiscendis, oculis Heli adesset irreprehensibilis. Ampliora, atque pretiosiora continentur in ministratore Samuelis coram Heli, respectu facierum Domini, cui dicitur ministrasse; equidem etiam discendi ardor innumeret cumulatissimum fructum, maior erat ob interiorem a Domino nobile magisterium. Vel parvulus erat summus; Tertio repetitur ministratio (inquit in cap. 3. Caiet.) ad narrandam perseverantiam (aptius perfectionem) Samuelis in officio sancto: perfectio nam ministerium in illa ætate, ampliorque cum perfectione: etenim institutione Heli, ac collata gratia è cœlis, impedimenta nescivit ætatis. Ex his ergo (inquit Seneca, Epist. 124.) unius bonum natura perficit, Dei scilicet: alterius, cura hominis. En doctrina sacerdotis, & disciplina celestis. Quemadmodum omnis natura bonum suum, nisi consummata non profert; ita hominis bonum non est in homine, nisi cum in illo ratio perfecta est. Hoc bonum (subdit, sed nesciens, nescire tarda molimina gratiam) adeò non recipit infantia, ut pueritia non speret, adolescentia improbè speret. Bene agitur cum senectute, si illuc longo studio, intentoque pervenit, ubi hoc & bonum & intelligibile est. Quid hoc est? Animus scilicet emendatus, ac purus, amulator Dei, super humana se extollens, nihil extra se sui ponens. Claret his signis animus Samuelis, quin quaeratur extrà, quantumvis superior sit, quia levavit se insigniter super se. Hæc est singularis ministratio coram Deo: de ministerio coram Heli in infantia & pueritia, diximus, Tautol. 4. à n. 25.

34 Versiones immisit literæ. Samuel autem ministrabat ante faciem Domini. Erat minister in conspectu Domini. Samuel ministrabat Domino. Arias Mont. Ministrans cum faciebus Domini. Pagnin. Ambulans coram Domino. Haye: Erat in templo. Maluend. Coram faciebus. Hebr. In faciebus Elobim. Modò aliquid dicamus ad mores, ut quaeratur Dei facies.

ADINATON EXEGETICUM.

- 1. Samuel ministrabat, quem Deus in Principem miserat, dum rebellis Israël in legem protervè induruerat cor: ceditque dum videtur Princeps, à Numine positus, è caelo missus; igitur obvia cordium expugnatio, maximè amore ministro.
2. Ministrabat ante faciem Domini. Quorsum quòd Samuelis obsequia coram Domino facta, si ei cuncta nuda & aperta? Ut cognoscat Deo sacratus virtutem operis in virtutis opus: equidem sine attentione, in virtutis opere est opus sine virtute.
3. Ante faciem Domini. Deus propter crimina fugebat homines, & minist-

strante Samuele eius ostenditur facies; Ex Dei generosissima gratia, infantis in ministerio innotescit excellentia. Ante faciem ministrabat, quia Dominus post obsequium apparebat: igitur excellentia virtutis tantæ erat Dei acceptionis; ut idem videretur Samuelem infantulum ministrare, ac Dominum apparere.
4. Ante faciem Domini, matre præ gaudio exultante. In calvarij lamentabili articulo minime gaudium, sed afflictæ genitricis vehemens cordolium; quippe in gravissima pena Virgo mater & ministra, crescente in summum dolore, quia ministrabat coram Domini facie.

DIDASCALIA PRIMA.

Quùm Christus è caelo Spiritum Sanctum misit, corda hominum ad se traxit.

M Ira excogitat amor potissimè si divinus, ut respondeat redamatio dilectus. Unde cum delicie Tom. V.

cuius sint esse cum filijs hominum, pro-pendit in suum delictum: rendit arcum, micantem amoris flammam, & corda in-

Sophocl.

Caiet.

Samuel Dei amulator, doctus à Deo

Senec.

Ultima ex- p'sta

Varietas lectum.

Cor hominis scopus amoris Dei.

Mm 2 do-

Oth. Vzn.

docilia ponit quasi signum ad sagittam.

Hic scopus est.

Nec mirum, militat omnis amans: per demonstrationem quippe vehementiam. querit effectum artificiose victoriam. Canit Euripides in *Hippolyt.* av. 525.

Euripid.

O amor, amor, qui militat adversus amantem!

Qui inducit suavem animam voluptatem, Adversus quos militat.

Pro amante adversus illum, ut trahat, quantumvis rebellis renuat: equidem dum amor ambit, vel cor durissimum cedit.

1. Reg. 3. 18

Samuel ministrabat, dicitur: Samuel sonat quod venit à Deo. Exprimitur sic Spiritus Sancti missio: ut corda hominum in celum miles attraheret, à quo hostis infidij per fraudem expulit: sitque orbis totius resistentis expugnatio, quippe expeditio perfecta amore ministro. Obscure loquimur: ergo Anacreontis fabula claret intuitus. Ita ergo succinit *Carm. 14.*

Mandam Spiritus Sancti expugnavit.

Libet, libet iam amare,

Cupido me monabat,

Ut amator esse vellem.

At ego infans momenti

Parere negligebam.

Mox ergo sumpsit arcum,

Et auream pharetram,

Me praelio lacessens.

Ego vero ut Achilles

Loricæ amictus, atque

Scuto minax & hasta,

Cum Amore prallabar.

Iacibat ille tela,

Terga at vertebam ipse:

Tandemque misili omni

Cum destitutus esset;

Irâ affluans tacit se

In me velut sagittam,

Penetrans, & in cor usque

Medium resolvit artus.

Scutum ergo nil iuvat me:

Nam cur petamur extra,

Quum praelium ignis intus?

Anacr.

Possumus ergo dicere cum Tertulliano in sua *Sodom.* v. 117.

Tertull.

Hinc habet in falso de vero fabula fumam.

2 Humana conditionem speciosam, utpote aliquando aslundendam, Numen impensè adamavit, & priusquam conderet: hinc eam ut orbis pretiositatem in orbem apprime induxit, quàm omnibus numeris, gratiarumque charismatibus absolvit. Incubuit ut secum esset perquam optime dilecta, sed seunxit hostis antiqui adunca hamata sagitta, aver-

so penitus corde, cui debebat totum speciosum esse; & gratia cognita, ut magis cognitione nosceretur ingrata. Sed aut nunquam obliviscitur, cuius cor flagrat, etsi redamatio fugiat; ut sit in corde quod cordi est, & unum coalescat cor. De celo Numen misit ignem ut erudiret; verum cor frigidum eius virtutem compeccit. Misit sagittas suas, ut duritiam dissiparet cordium; fulgura misit, ut illuminaret abscondita tenebrarum; sed induraverunt faciem suam supra petram, estò cognoverint flammam, penetrantem latus; cum non esset qui se absconderet à calore eius. Amor igitur accuebat tela, quæ citò quasi plumbea cludebant adamantina corda, quouique pharetram exhausti; sed non respuit: equidem Amor ab hoste retrahit, cordaque attrahit in peccatoris flammam, simulatque se in arcu collocavit ut sagittam. *Spiritus Sanctus missus mundum suo subiugavit imperio:* inquit Rupert. 1. de *Oper. Spir. S.* cap. 2. Ab initio hominis lapsus, ut surgeret, cepit Amor divinus eius sagittare pectus; sed non respondit adamas, estò fenserit iaculorum scintillas. Ut mundum posset de bellare, ornavit pharetram, ex qua uti è sinu misit Deus hominem filium quasi sagittam electam.

Contentio amoris divini & cordis humani.

Rupere.

Quam felix avens, certique petitor Vulneris, & insum mentiri ne scius idem! Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret: verum mundus non cognovit. Hæcine sagitta potentis dextere Excelsi expulsa parvit retrorsum, ac frustravit ictum.

Claudian.

Sabingar Spiritus Sancti.

Horrendum visu! Per quas modò fugerat auræ
Venit arundo retrò: versumque à fine tenorem
Pertulit, & nota iuxta ruit ora pharetra. In celum inclyta sagitta ascendit, Spiritus Sancti illinc ignem in mundum misit, & illicò totum orbem subiugavit. Unde tanta flamma, subiectaque corda? Ignis vorax effulguravit incendium, quem Filius Dei venit mittere in terram cordium. Pharetram demonstrationum amoris quasi exhausti tuncque ipsum amorem pro sagitta misit, pectora penetravit: unde cum telo ignito vehementer cederet ingratitude, corda hominum suo Spiritus Sanctus subiugavit imperio.

3 Debella amor, dom trahit, Quo ergo pacto corda hominum amor Spiritus Sancti trahit, si descendit? Si ille venit, quomodo trahit? Innatum amo-

Genes. 2. Augustin.

ri est ferri in cordis delicia, quæ de causa olim ferebatur super aquas. Augustinusque lib. 13. *Confess.* cap. 9. inquit: *Pondus meum, amor meus: eò feror, quocumque feror.* Si amor pondus, haud trahit: trahitur, nam,

Virgil.

Trahit sua quemque voluptas.

Amor Spiritus Sancti fertur propensè, & non trahitur? Utrique. Est amor summus, non tantum amor. Condicio amoris humani est ferri, quippe in dilecta sollicitat transformari. In essentiali Spiritus Sancti amore, amoris invertitur ordo, igitur in amorem fit dilecti transformatio: descenditque amor de celo, ut homines trahat, quorum pectora usque in intima penetrat: quoniam tracta Spiritus Sancti flamma, utpote singularis à pectore rapit corda. Claret causa cur in mundum veniens, apparat ut ignis. *Apparuerunt illis dispersite lingue tanquam ignis.* Simulque Matth. 3. 11. *Baptizabit in Spiritu Sancto & igne.* Per Hendiadym, In igne Spiritus Sancti; amore scilicet: igitur per effectum ignis, virtus singularis designatur amoris. Sic apud Pontanum in *Uran.* lib. 1.

Fius amoris singularis conditio.

Acto. 2. 3.

Hendiadym.

Pontan.

Amor urentes iam tum meditantur amores.

Ignis pro amore.

Collige, si refert, segetem copiosam apud Propert. lib. 1. *Eleg.* 6. v. 7. *Eleg.* 9. v. 17. 2. *Eleg.* 34. v. 44. 3. *Eleg.* 8. v. 29. *Eleg.* 17. v. 9. & *Eleg.* 18. v. 20. In igne ergo venit Spiritus Sanctus, ut excelsivi, summi amoris cornset virtus: igitur corda ad se descendens de celo trahit, sicut cuncta ignis in se virtute convertit. Est namque, ut alio dixit Ethicus. 2. *Amor.* *Eleg.* 10. v. 10.

Ovid.

Alter & alter amor. Humanus ut filius frigide ardentis voluntatis, convertitur in cor dilecti præ voluptate: Divinus adinstat ignis vehementiori flamma, in se transformat dilectorum corda. Ingeniosissimè Augustin. quod dudum. *Amor illic avollit nos. Pondus non ad ima tantum est sed ad locum suum. Ignis fursum tendit, deorsum lapis. Ponderibus suis aguntur, loca sua petunt. Pondus meum, amor meus: eò feror, quocumque feror. Dono accendimur, & fursum ferimur. Inardescimus, & imus: ascenamus ascensionem in corde, & cantamus canticum graduum. Igne tuo, igne tuo bono inardescimus & imus, quoniam fursum imus. Ibi nos collocavit. Ubi? In celo. Ibi? Quomodo? Pectore igne amoris inflammato, ut citò tendamus, ubi*

Augustin.

810 tendat & intendat flamma, ferimur igne in celestia. Non solum loca mansionis immutat, sed etiam cordium conditionem amandat: etenim ascendunt in Empyrium igne amoris, quæ prius descendebant in profundum quasi lapis. Cœlum cœli Domino, & iam sedemus in celo? Sursum sunt corda? In orbem Spiritus Sancti descendit flamma, quæ corda ad se amore traxit, & sursum virtute sustulit.

ignis sine pondere pondus; unde cum sursum tendat & intendat flamma, ferimur igne in celestia. Non solum loca mansionis immutat, sed etiam cordium conditionem amandat: etenim ascendunt in Empyrium igne amoris, quæ prius descendebant in profundum quasi lapis. Cœlum cœli Domino, & iam sedemus in celo? Sursum sunt corda? In orbem Spiritus Sancti descendit flamma, quæ corda ad se amore traxit, & sursum virtute sustulit.

Quo tendat pondus ignis & amoris?

4 Modò liquet Ecclesiæ inferutatum propositum. Venit missus Spiritus Sanctus in mundum, & Ecclesiæ exponit incarnationi Verbi adventum. Sic enim ait: *Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.* In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per ipsum. Ita, 1. *Ioann.* 4. 9. *Sic vehementiam amoris offendit, & apparuit quandoquidem in dilectione eximium, ut vitam posset dare, vitam amittere.* Misit in mundum, ut amoris demonstraret incendium: igitur mors ignominiosa, in quo vita erat. In sinu Patris honor regis, in mundo pœna latronis. Ibi gloria genitoris & honor, hic neque species neque decor. Ibi gaudium ex torrente voluptatis, hic opprobrium hominum, obiectio & abiectio plebis. *Semtipsum exinanivit.* Respice in faciem Christi tui.

Ioan. 3. 16.

Eximium in amore, in vitam vitam amittere.

Quam despectus, quam detestus, Rex cœlorum est effectus, Ut salvaret seculum!

Philipp. 2. 7

Bonavent.

Sic est Sic? Cum verba fugiant in amoris demonstrationum expressionem, vivaciorem clamant emphasim: plus enim significant verba pendula, quàm eloquentius idioma: claret sanè cordis verbum è suspensione verborum. De Christo dicitur: *Sedebat sic supra fontem.* Sic intelligitur Sic; quia præut est, non intelligitur, si voce promitur: igitur ineffabile in eius amore, fatigari illum propter fatigandam; querere quanturam; quippe sic eximie peccatores amavit, quasi illum, quod illam oportebat, oporteret. Sic in homines, & devios, locutus amorem, qui propriam est arbitratu illorum utiliterem. Institutò ergo.

Empbasia.

Ioan. 4. 6.

Amor Christi unde constituitur?

5 Sic dilexit, idest, summè, signanter, singulariter dilexit. Claruit per donum, quantum: at quid hoc in Spiritus Sancti optatissimum adventum? Spiritus Sanctus est amor, Patris & filij dilectio: Verbum est splendor Patris & ratio. Ille ex-

Exprimit voluntatis flammam, hic ratio- nis intelligentiam. Spiritus-Sanctus ab utroque voluitur, Verbum genitoris intel- lectum. Si trahit ad se obiecta intel- lectus vitalis efficacitas, & trahitur obiectis inflammata voluntas; quamam igitur similitudo, aut vinculum, inter contra- rietatem principiorum; ut aptetur descen- sive Spiritus-Sancti modus descen- sionis Verbi; ita ut hocce in mundo perspicuo constaret, quod sic & non aliter in mundum veniens dilexerit? In ipsa oppositione voluntatis & rationis amor lucet Spiritus-Sancti singularis. Hic lin- guis igneis demonstrat voluntatem. Ver- bum uti imago Patris, perfectissimam ratio- nem: & in similitudinem adventus sin- gularis summi amoris, adventus signa- tur Verbi, quod ratio Patris: quippe amor essentialis, summus constituitur sic, ut quasi intellectus obiecta rapiat ad se. Præterea. Distinguitur intel- lectivum & volitivum, ex eo quod volun- tas sequitur, quicquid ab intellectu pro- ponitur. Unde ut sequatur, necessario fertur; simulque intellectui in speciei ob- iectæ intentionalem representationem, quod trahens ad se conspicuo rapiat speci- em. Totum in adventus divini Spiritus insilitum erat conversio averforum fraude cordium

Spiritus Sanctus rapit corda.

Mantuan.

Frigidaque ardentis corda inflammabat amore,

Ignipotens ideo, quia vult ardere medullas. Et ut conset (supposita oppositione opera- tionis intellectus ac voluntatis) modus, virtus & tenor amoris Spiritus Sancti uti- ter Ecclesia harum potentiarum distin- ctione; quoniam si intellectus in se trans- format quodcumque intelligit; amor Spi- ritus Sancti trahit ad se quodcumque diligit. Ubi in amore huiusmodi nititur, cadit & eminet alter & alter amor. Fertur enim in bonum voluntas humana, cum absens sit. Divinus amor hand habet attractivum extra se: vult amare, quippe vult. Eius allici- tivum mulcimine philetrum, cœlestium est cordibus communicatio bonorum: corda- que hominum singulari amore trahit; ne extra se habeat, quod diligere cupit.

Quo intui- tu?

Plutarch.

Adulator. Infit. Amantis veri cor uti specu- lum splendendum. Ocho Venius Emblem. 24. Amor. acumen astruit: sicque Hæften. in Cordis sebol. lib. 4. lect. 15. accinit; Pro speculo cordis cor aspice.

Hæften.

Ingeniosque Silvester à Petrasancta de Petrasanct. Cur embie- ma Spiritus Sancti. Simb. heroicis lib. 1. cap. 1. ex quo Picinell. in Mund. Symb. lib. 15. n. 176. Speculo ap- posuit epigraphen: Omnibus omnia. Speculum quicquid obijcitur trahit, & præut obijcitur continet. Amor communis tra- hitur, amor sublimis per contraria cor adoritur: amorque Spiritus-Sancti, utpo- tē eximius, obijcitur uti speculum, leno- cino suavi cordium; quippe cum obiecta rapiat, in seipsum quicquid diligit, trans- format. Omnia sic omnibus, ubi recipi- tur radius: Omnibus idem.

Petrasanct. Cur embie- ma Spiritus Sancti.

Virgila

Species enim specula, Spiritus verò San- ctus nonnunquam præ se fert corda: etenim omnia continet, quippe omnia suaviter validissimè trahit. Hinc Heracli- tus, apud Diogen. Laërt. de Vit. & mo- rib. Philosoph. lib. 9. de Deo protulit: Deus est ignis intelligibilis & intellectu- us. Altrè quidem, dum dicit Moyses, ex quo Paulus, Hebr. 12. 29. Deus noster ignis. Appositè Isaias pro Spiritus-Sancti dono: Erit lumen Israël in igne, & San- ctus eius in flamma. Clarius, cap. 31. 9. ubi signatur locus adventus: Dominus, cuius ignis in Sion. Claret igitur, venien- te in igne, conditio Spiritus-Sancti, qui æternus ignis per æternum splendorem & non violabile Numen. Ita ergo est ignis intelligibilis virtute mirā potentis amoris: ceterum corda eius quum percutit radius, quare demonstratur ut ignis intellectivus? Subest actutum attributionis ratio, ut huius excelsi amoris plus innotescat con- ditio. Spiritus-Sanctus est ignis, quia amor; & etiam intellectivus, quia specialis amor. Verum est, intellectivum spectare ratio- nem, ob luminis splendidi claritatem: tribuiturque iurè summo amor, quod proprium intelligentiæ; quippequum cor- da quæ illustrat, uti ratio in se transfor- mat. Cuncta trahit, cuncta profert: quid mirum, quod signet cuncta, dum sit in omnibus omnia? Quid mirum, sit mun- dus per ignem tractus, dum amor intel- lectivus?

Heracli

Deut. 4. 14

Isai. 10. 17 319.

Cur dicitur ignis intel- ligibilis & intellectu- us?

7 Non relinquam vos orphanos, ve- niam ad vos. Ita pro solamine affecle Chri- stum audierunt dicentem, transitarum pos- stridè de hoc mundo ad Patrem. Relin- quens ergo illos, ut orphanos non relin- queret, quia post abcessum in igne Spiritus- Sanctus veniet. Sic: ait ille dicit, Veniam (non veniet) ad vos. Sensum non facile ra- tio capiet, etenim distincta prorsum per- sona, quæ venit. Spiritus-Sanctus, non si-

Ioan. 14. 18

filii in igne apparuit: quo ergo sensu Af- fertor N. meditante ait; cum ille ad vos descenderit: ego etiam veniam ad vos? Quum Spiritus-Sanctus de cœlo descendit, corda discipulorum Redemptoris ad se traxit. Trahit enim intellectus, cuius cha- racter, uti Verbum, filius: adventusque non distinguitur Verbi, connotantis ratio- nem, a Spiritus-Sancti descensu con- notantis voluntatem; quippe ab hoc cor- da trahuntur, quasi ab intelligentia fun- ctiones exercerentur. Veniam dicit Patris ratio: non in persona veniam, veniam in modo. Modus est connaturalis intellectu- ni, obiecta trahere adinstar speculi; quod sic omnibus omnia iuxta cognita & obiecta: & quoad modum veniam, dum in mundum Spiritus-Sanctus seminaverit flammam; igitur cum ille venerit, ignis intellectivus à pectore corda rapit. Hand alio intuitu infit Assertor: Vado & venio ad vos. Non miremini. Audistis, quia vado & venio. Non miremini, quia dixi. Modus adventus exprimit amoris sublimis modum, sumpta intellectus operatione in exemplum: vaditque Filius, quia in Empyrium ascendit; simulque venit, quia Spiritus-Sanctus modum rationis ad amo- rem transiit: siquidem cunctorum asse- clarum attracta penitus corda, quippe- quum ex summo amore erat flamma intel- lectiva. Ex alio etiam capite allicit phile- trum in huiusmodi amore. Ponderus volun- tatis humanæ tendit deorsum, pondus ve- rò divini propendet fursum. Tendit deor- sum, ut quiescat, quæ mutatur in horas: propendet fursum, quæ æterna voluntas: unde cum illa amore feratur, si allicitivo pereatit; Spiritus-Sanctus voluntates allicit, quippe amor eius, uti eius; im- mutabilis persistit.

Modus di- vini Verbi quomodo in Spiritus-Sancti amor?

Verf. 28.

Jerem. 31. 3

Cicero

8 Acumen exprimit & simul vivacem flammam apud Vatem Ieremiam. Longè Dominus apparuit mihi. Longè pro Aliter, ut Ephel. 2. 17. Pacem vobis, qui longè fuistis: hoc est, aliter. Idem Psalm. 21. 2-118. 150. Cicero, Academ. 4. Longè à vero: & Salustius, Longè alia mihi mens est. Longè, idest fecus. Contentio est in- ter Ecclesiam & Synagogam, dum hæc amisit, quam illa imperavit gratiam. Appa- ruit utique in Horeb ignis ille Synago- gæ: apparuit etiam post quinquaginta dies à libertate è domo Egyptiaca servitutis: Exod. 3. 2-19. 18. Longè, prohi Ecclesia. Hinc dicit: Aliter Dominus apparuit mihi. Aliter per mirabiles, novos, inauditos excessus.

Quos mea demulcens pectora dilatat amor. Pontan. Excellentia amoris. Unde igitur gloria? Ex excellentia amo- ris, atque modi processionis differentia. In charitate perpetua (ait) dilexit te: ideo attraxi te. Difficilis in Philosophia no- dus! Voluntas amore trahitur, quippe dilectione fertur: quo igitur phileto Deus Ecclesiam sponfam traxit, & duntaxat quia dilexit? Voluntas utique contra vol- untatem præmittit excessum, & amor demonstrationem adversus amoris usum; etenim potentia sequitur, quod amor bo- num: confunduntur itaque potentiarum operationes, in utrinque diversis nobili- bus exercitijs; quandoquidem attractione voluntatem bonum sequitur, dum volun- tas allecra sequitur bonum: qua ergo lege, quod diligit, trahit; si trahitur, quippe diligit? Quia voluntas firma in chari- tate perpetua: corque amando trahit Spon- sam amatæ, quam diligit; quippe attracti- vo gaudet amoris æstantis fervor, dum vel in motu perseverat amor. Aliter: ope- ratur potentia in excessivo amore, quod spectat ad obiectum, seu bonum respectu operatrici potentie. Unde excessu con- stante amoris, munere eximio stabilis fir- mitatis; claruit pectoris dilectio, dum in amore permutatus ordo: equidem dile- ctum mirificè in se transformat, quum bonum utcunque voluntatem captivat.

Pontan. Excellentia amoris.

Et modus specialis.

Quis im- mutabilis amor.

9 Ulterius. Non hic amor describitur, sed summa charitas; qua ut magis adstringat, ultra se vadit voluntas. Ultra est, ubi rapit ad se cor; quia uti stabilis & summa in amore, gaudet munere no- vo intellectuivæ potentie. Sic diligit, & ideo trahit; quæ quia amabat ideo trahere nequibat. Ideo. Extra principia philo- sophica causalis, sed eximij propria amo- ris: igitur si utcunque voluntas amore duc- tatur, quia bonum avida sequitur; ut exi- mium, summum, magnum amorem osten- deret, omnes vel avertas voluntates ad se traxit. Elucet modò, de quo gloriatur Ecclesia, etiam nimis munerata Synago- gæ & igne de cœlo, & data in igne lege, eod- em temporis decursu. Longè, aliterque Spiritus-Sanctus illi descendens apparuit: etenim si ut amor in igne fultit; fultit ut summus, quo favore Hebraicus nunquam exultavit populus: semper enim Spiritui- Sancto restitit, nec hic duræ cervicis cap- tionem debellavit. Aliter modò apparuit Ecclesie, quia summo amore. Charitate perpetua, immutabili dilexit: ideo attra- xit: equidem singulari, nova flammâ, discipulorum Christi in cœlestia traxit

Unde exi- mius ma- gnus, sum- mus

cor-

10. n. 7. 39. corda. Nondum erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Datus erat Spiritus-Sanctus, sed quousque Iesus in caelum assumptus, latebat in munere novi amoris novus modus. Olim ferebatur in dilectos, atque gratias impense communicabat: modò corda dilectorum attrahebat, patente ex munere amore eximio, novo operationis modo, quo consisteret illapsus, ubi sine corde dilectorum pectus: igitur quorum corpora in cenaculo, corda fursum collocata in caelo.

10. Atract Chrysothomus, Tom. 3. ferm. 1. in Pentecost. Antwerp. edit. Hodie (inquit) nobis terra facta est caelum, non stellis de caelo in terram descendibus, sed Apostolis ad caelos ascendentibus, quia effusa est copiosa gratia Spiritus-Sancti, & univèrsam orbem operata est caelum, non immutans naturam, sed voluntatem emendans. Hand aliter in caelum volarent Apostoli, ni novus modus esset in igne. Ipsi in cenaculo sedent, & ignem de caelo suscipiunt; quomodò in caelum ascendunt? Si in caelo illos Spiritus-Sanctus collocavit, quorsum in cenaculum descendit? Spiritum-Sanctum in honorem conditionis humanae de caelo descendere, profectò inconcussum: ad Apostolos, illo veniente, ascendisse in caelum! Ita: amor traxit ad se flammam; & quavis pondere amoris descendit; quia amor summus, illos Emphyrium usque elevavit. Praterèa Spiritus-Sancti amor ignis pra se tulit speciem, ut singularem exprimeret voluntatem; quia non descendit in terram, ut ibi maneat, sed ut homines Olympum versus attollat: quare sustulit in caelum, sedentium in cenaculo corda, simulac descendit flammam; igitur si amor ut amor tepdit deorsum, ut ignis procedit fursum. Ideo sedit supra singulos, dum elevavit in caelos. Ut amor sedit; ut summus sedentes traxit; effusa est gratia & copiosa, quae cognoscenda operatione mira. Unde cum mirum in amore trahi & trahere, erigere atque descendere; & similiaeque supra singulos Spiritus-Sanctus sedit, in caelestibus assumptione collocavit. Hac namque de causa ignis figuram derulit. Facto de caelo sono Spiritus adveniens, apparuerunt illis dispersita lingua tanquam ignis, seditque supra singulos eorum. Pendit. Linguae, ellò ignita, captius collocantur in ore; quo ergo intuitu deponitur in capite? Celsitas capitis elucet thronus rationis, quicquid intelligit, ad se rapide trahentis: linguaque in folio subsidet intellectus, dum in

11. Pergo. Spiritus ergo discipulos ad se & ad aethera trahit, non naturam immutans, sed voluntatem emendans. Quomodò hoc igne immutata voluntas, ut corda in caelum sumperint alas? Si inter duplicem cynosuram collocatur pyxis nautica, sicut ferrum etiam inter magnetis gemina frusta; hinc inde trahitur, & simul distrahitur. Unde Ioannes Paschalius, Emblem. 12. succinir:

Patcha) Ferrus dum magnus mediat per frusta, quiescit, Nec trahitur, assuetum copia sifit opus. Quis vetat attractum? Tractum distrahit tollit. Hand aliter amor nostrae voluntatis inter illicem duplicis Helices, aut magnetis geminati mulciminis. Quate Quod ferro magnus, in humanis cordibus amor est: Consensu tacito ferrea corda trahit. Mundus totus in maligno positus erat, quippe sensibile delectabat, etii pugna-ret ratio acri caelestium stimulo. Bina cy-nosura erat, magnetique duplex in illicem humanae voluntatis, quae tracta, à contra-rio magnetè distracta, nullibi immobiliter sita: equidem modò traheretur in caelum, modò distrahebatur in Tartarum; pugnantibus caelestibus & terrenis pro triumpho captivitatibus. Errat ut à ventis discordibus aetha phaselus, Dividiunquam tenent alter & alter amor.

Apud Augustinus, de Tempor. ferm. 255. Duo (inquit) sunt ignes: cupiditatis scilicet & charitatis. Unus de parte Dei, alter de parte diaboli. Unus devorans omnia mala, alter universa bona; quia nihil in illo boni remanere poterit, quem ignis cupiditatis accenderit, sicut contrario, nihil in eo mali remanebit, in quo ignis charitatis ar-

igne, venit Spiritus-Sanctus; ut notescat novi amoris hieroglyphicum, singulari profectò colloca-tione linguarum: etenim usque in caelum flamma traxit amoris, in cenaculo sedentes. Ingenium Aratoris assipulatur, lib. 1. in Aetha, à v. 138. — Quid sit, quòd Spiritus almus His datur in flamma? Mentibus instat amor. Non voluntati, sed menti? Intelligentiae, non cordi? Sanè, ut consuet, quo ingenio elevata corda amoris intelligentia: igitur corda in se convertit ignis amoris, si-cut in se ratio convertit intentionales species.

12. Statera amoris hodie plauiditur Spiritus almus; quia licet fursum, charitatis ignis habet pondus. In statera una dum lanx deprimitur, huius pondere altera sublevatur. Claret causa Spiritus-Sancti adventus, cum corda humana deorsum impelleret pondus: etenim cum ille descendisset, oppressa corda elevavit; quippe quam haud alia causa non ascenderant in caelum, nisi quia Spiritus-Sanctus non descenderat in mundum. Glorietur frater humilis in exaltatione sua: dicit Iacobus. Coharent quae videntur opposita, in amoris statera. Humilis dicitur, qui deorsum oppressus iacet, & exaltatus qui clatus fursum ascendit: factaque statera celestis ignis & humani cordis, novo prodigio, cordis, pondere presci, designatur exaltatio; quia ut illud usque in caelum elevaret, in igne maius amoris pondus descendit.

Aspice quam longo distentat pectore lan-cem, Qua fertur Domino. Etenim, cum ille esset in caelo, cordaque in mundo; ut Domino ferrentur, longo pectore lanceam extendit, atque deprella levavit: igitur si pridem homo ad caelum non exaltatus, deficiebat in libra ignis gravissimum pondus. Gemebant homines in terris curvi & caelestium inanes. Quid Sponsa? Trabe me, Ghisler, hic: Ama me. Quomodò trahenda? Amore. Utique, si illa trahitur: trahitur enim quae amat, quia dilecto se conformat: at quomodò potest amore tractus trahere? Novo amore, novà activitate ignis, quae Amor hos accendit amores. Igitur haud intense diligeret, ni diligi cupientem ad sese traheret, Quia Spiritus-Sanctus Sponsam amat, tractum ab amore signat, ubi erat illa; quae volebat esse Tom. 1.

Angustin. Duo ignes in amore no-vi.

anferit. Gravi corde, terrenorum igne, premebatur humana voluntas, quia dilige-batur vanitas. Haud corda ascendebant fursum, quoniam pondus cupiditatis deorsum. Cum venerit Spiritus-Sanctus, tollet & pondus. — Geminas dabit altis alas, Pertesum terrae, queis cor ad aethra volet. Unde si locus ignis supra, & inflammata sunt corda; igne attractivo ascenderunt in caelum; quoniam nonnunquam sublato pondere fursum. Haud distrahitur, qui non trahitur aliunde. In terris iacet, quem ignis illic non fovet: etenim flammà cupiditatis, — Tenent Danaï, quae deficit ignis.

12. Statera amoris hodie plauiditur Spiritus almus; quia licet fursum, charitatis ignis habet pondus. In statera una dum lanx deprimitur, huius pondere altera sublevatur. Claret causa Spiritus-Sancti adventus, cum corda humana deorsum impelleret pondus: etenim cum ille descendisset, oppressa corda elevavit; quippe quam haud alia causa non ascenderant in caelum, nisi quia Spiritus-Sanctus non descenderat in mundum. Glorietur frater humilis in exaltatione sua: dicit Iacobus. Coharent quae videntur opposita, in amoris statera. Humilis dicitur, qui deorsum oppressus iacet, & exaltatus qui clatus fursum ascendit: factaque statera celestis ignis & humani cordis, novo prodigio, cordis, pondere presci, designatur exaltatio; quia ut illud usque in caelum elevaret, in igne maius amoris pondus descendit.

Aspice quam longo distentat pectore lan-cem, Qua fertur Domino. Etenim, cum ille esset in caelo, cordaque in mundo; ut Domino ferrentur, longo pectore lanceam extendit, atque deprella levavit: igitur si pridem homo ad caelum non exaltatus, deficiebat in libra ignis gravissimum pondus. Gemebant homines in terris curvi & caelestium inanes. Quid Sponsa? Trabe me, Ghisler, hic: Ama me. Quomodò trahenda? Amore. Utique, si illa trahitur: trahitur enim quae amat, quia dilecto se conformat: at quomodò potest amore tractus trahere? Novo amore, novà activitate ignis, quae Amor hos accendit amores. Igitur haud intense diligeret, ni diligi cupientem ad sese traheret, Quia Spiritus-Sanctus Sponsam amat, tractum ab amore signat, ubi erat illa; quae volebat esse Tom. 1.

Angustin. Duo ignes in amore no-vi.

Angustin. Duo ignes in amore no-vi.

Angustin. Duo ignes in amore no-vi.

Angustin. Duo ignes in amore no-vi.

Angustin. Duo ignes in amore no-vi.

Angustin. Duo ignes in amore no-vi.

ibi, sed ubi ille erat: quod quidem fieri sine attractione nequibat: Sponsaque cupie diligi & simul trahi, ut per amoris virtutem, caelum usque obtineret exaltationem: igitur nullo modo ubi erat dilectus traheret; nisi eius amore, ubi erat illa descenderet. Scutum, cuius testera corda, aliò (ut videris apud Petram-sanct. lib. 6. Symbol. Heroic. cap. 12.) affabrè in amoris commendationem expressum, confirmat nostrum propositum: etenim quae in caelum crexit; ut descenderet tanquam scutum cordis, corda traxit. Hoc igne descendente & erigimur & trahimur: quandoquidem hominum corda, è pulvere cupiditatum erecta, Spiritu novo, novo amore, admittit Elias, elevantur ad sidera. Omnibus incutiens blandum per pectora amorem. Felix, cui placidus leniter affiat amor. Tibull.

Didascalica II. Materia virtutis virtus non est. Inquit Seneca, Epist. 90. cuius propositum amplius delicabimus, Tautolog. 11. à n. 41. quapropter, Epist. 121. iterat: Non quicquam morale est, bonos mores facit. Quo pacto si a moralitate boni, non boni mores cum moralitate? Quia moralitatis est materia, ceterum sine illa moralitatis forma: unde bonos mores non instruit morale opus; quia materia virtutis non est virtus. Morale specificatur à fine, prout inhaeret actioni, regulanda, sive dirigenda per rationem, quae rectum demonstrat finem; ut ait D. Thom. (ex Aristotel. 1. Ethic. lect. 1. quem hic illustrat eximie varia eruditione N. Cardinal. Aguir.) 1. part. q. 48. art. 1. ad 2. & DD. Scholastici 1. 2. quæst. 18. art. 4. & 8. Siccine voluntas humana opus perfectum habet: aliter vel in opere virtutis claudicans deficit: etenim ubi vel in materia virtutis perfectum est opus; sine fine rationis nequaquam virtus. Si semel cor intentione corrumpitur, terminus actionis à demone possidetur: totum enim arboris fructum sibi callide furripit, quem veneni dente in radice vitiavit. Vide Gregor. Magn. lib. 28. in Job, cap. 6. Si bonitas actionis ab intentione corrumpitur, à defectu intentionis similiter depravatur. Unde cum intento pendeat ab attentio-

Didascalica II. Materia virtutis virtus non est.

Didascalica II. Materia virtutis virtus non est.

Didascalica II. Materia virtutis virtus non est.

Didascalica II. Materia virtutis virtus non est.

Didascalica II. Materia virtutis virtus non est.

Didascalica II. Materia virtutis virtus non est.

ne; virtus actionis manet sine virtute: igitur virtus est virtutis forma, & in actione virtutis, sine attentione in actione, tantum virtutis materia. De Samuele ministro Sanctuarij dicitur: *Ministrabat ante faciem Domini*. Deo cuncta sunt nuda & aperta: quorsum igitur quod obsequia Samuelis perficerentur coram Domini oculis? Ut sciat Deo sacratus, quale opus in virtutis opus: quandoquidem sine attentione in virtutis opere, est opus sine virtute. Fit ante Domini faciem, ubi actio considerat Deum videntem. Fit ministratio, sed ante faciem non fit ubi uti finis actionis Domini abdicatur facies: Samuelque ante faciem Domini obsequiosè ministrat quia cogitat ministerio, quod Domino ministrabat. Officiam erat virtutis materia: intentio & attentio forma. Actio bona optimaque moralis, iuxta præscripta finemque rationis. In virtutem bonisque mores utriusque consortium instruit; aut non quicquid morale bonos mores facit: igitur in cogitatio in vanitates & infanias falsas.

Necessaria virtutis forma, ut fit virtus.

Ovid.

Aliter, inutile opus.
Iñi. 59. 6.

Tenerata est nostra voluntas.
2. Deum Religiosorum honorificat sacrificium laudis, cum cæteris Religionis obsequiosis exercitijs; quæ materia non tantum sunt virtutis, sed optata veneranda perfectionis. Quid quod materia? Entitas sine substantia, moralis figura, virtutis larva ubi nulla virtus; quippe nulla attentio in virtutis opus. Exercitia sunt quæ teritur corpus, & languet animus, sine premio laboris; quia longè virtutis finis in anime validiorem virtutem, Domini quærentium faciem. Unde ministratur Domino, sed ante faciem eius nulla datur ministratio; quippe sine attentione in materia virtutis non est acceptio: virtus muneretur, quoniam coronari meretur: præmijsque deficit animus; quia in virtutis ministerio nec ulla virtus. *Opera eorum inutilia*: dicit Vates Evangelicus. Idest, opera vana & nihili. Quo pacto nihil, si opera? Quoniam opera vana: dicunturque iurè opus & opus, sed nihilis quia in opere tanto nihil est utilitati. Delicemus propositum. Quæ opera, & quam corpori molesta, cunctorum Religiosorum exercitia! Relictis votis, ut plenius observentur, quas ærumnas non patiuntur! Vigilie gravant, ieiunia mortificant, silentia vellicant, uti materia virtutis in statum perfectionis. Sufficit chori pondus per ordinem temporis distributum, in gravamen molestissimum corporum; igitur ita disponitur per intervala tenore, ut

benedicant Dominum in omni tempore: Hoc opus illorum coram illis ex exercitio orationis vocalis; quæ orantis subditium, Deo sacrificium, atque demonis flagellum, si attentione disponitur & intentione dirigitur. Sic requiritur Domini facies in exercitio orationis: tunc opera sunt accepta: & non accepta opera sunt inutilia; quia facta summo labore, sine ulla propterea laboris utilitate. Quænam orationis ex corde veritas, dum

Effusus orationis.

Manil.

Oratio causa.

Seducita in varias certantur pectora curas? Hoc non est orare, sed Deum offendere: suppliciter imploratum vulnerare, coram maiestatem despiciere: profanare locum, Dei proculcare conspectum: unde in exercitio virtutis non virtutis exercitia, sed vana in utilitatem opera, profectioque nihilis quoniam in facie Domini sine Domini facie. Vernaculè: *Oracion delanto de los ojos de Dios, sin que Dios la pueda ver.*

3. Audiamus ex Bernardo disciplina fictum, laso animo, & cogitationes sine intellectu. *In Ecclesia* (inquit, de Interiori domo. cap. 19.) *deteriorem me reperio. In choro sum corpore, aliquo in negotio mente: nunc intus manio, nunc foras exeo: tanta est levitas corporis, necnon & mentis. Aliud canto & aliud cogito. Psalmodia verba profero, & psalmodia sensum non attendo: sed mente vagus, habitu dissolutus, oculis attonitus, huc & illuc prospiciens, quæcunque geruntur perlustrò. Va mihi quoniam ibi pecco, ubi peccata emendare debeo.* Hæc fatuitas: provocare vindicem, dum quærit placare iudicem: laborem ponere in argumento virtutis, & præmium non recipere laboris: operaque quæ possent esse sine recto meritoria, sunt nihili & inutilia, quippequam unde meritum, reflectuntur in laborem & supplicium. Audivit Alexander cognomento Nobilis, Duce populi Iudaici Ionathà, quia narraverunt ei prælia & virtutes, quas ipse fecit & fratres eius, & labores, quos laboraverunt. Est periculus exemplar congregationis in laudem Conditoris, & effectum ex virtutis exercitijs. Primò audiuntur prælia, deinde virtutes, postremo labores. En perfectorum felicitas & corruptorum calamitas, miserabili statu, cum fratribus simul assistentium in choro: equidem morum corruptio, quod eadem exercitia à fratribus redigantur in virtutes, & ab illis convertantur in labores. *Prælia, & virtutes*. Aprè. Vaga hominum cogitatio, ut non sint animo ubi corporis præsentia. Hinc perfectorum certamina,

Bernard.

Que opus laboris & non virtutis.

1. Mach. 10. 15.

Ut sit perfecta oratio, adfit intentio & attentio.

na; ut opera sint utilia: igitur intendentes in opus, quòd pergit animus, permanent debito sine in virtute; quippe continuo contendunt cum ipsa cogitatione. Prælia coniunguntur virtuti, non labori, quomòdò sequuntur premia; ut inutilitatis operum pateat causa: siquidem desideres cumulantur laboribus & non virtutibus: quia suis succumbunt vanis cogitationibus. Ubi per illos virtutes exulant, labores laboribus coniungunt. *Labores quos laboraverunt*. Non commoda laboribus, sed labores laborarunt? Profectò: cuncta opera sine fructu, & intentio, ubi vana cogitatio. Exercitia omnino sancta non in virtute, sed in virtutis materia: & cum sine ordine ad finem essent opera inutilia opus & opus, erat terere tempus & tempus, consumpto tempore; & duntaxat in labores laborare. Causam indicat Verfusio Maluendæ. *Opera inutilia, & violentia in operibus eorum*. Opus orationis est utile, quomòdò etiam ex obligatione sponte: igitur nulla ullius operis acceptio, quod ab invito: languidorumque in chori exercitijs remissa opera iurè dicuntur voluntati violentia; quia ad laudes Dei minimè voluntate vehuntur, sed quasi ad chorum funiculis traherentur. Quare cum opus sit opera fructus, ex opera nullum opus, neque ex virtutis operatione virtus; iacentibus miserabili conditione, in celestium actionum preciositate: quandoquidem incumbunt operà in pretium externarum actionum, & in tot exercitijs nullum est operæpretium.

Maluend.

Et exaltat inanis cogitatio.

Marc. 8. 34.

Amor sui in gulationis amoris Dei.

Senec.

nis silentium, si affectus fremant? Interdum quies inquietus est: animus obhsrepsit. Sequitur, qui toto corde præcedentem sectatur: & præcedentem non sequitur; qui in gressus retinetur animo, & proprio miser captivatur affectu. Aliquid later appositius, ut in attentionem operis agrum relevetur pectus. Quorsum igitur, *Quæ vult sequi, sequatur?* Quis quis non sequi, dum sequitur? Næ, & sine contradictione, per contradictionem animi. Probant actus Communitatis, inherere Christi sacris vestigijs. Possunt fieri in actu, & possunt fieri voluntatis affectu, in orationis propositum & animæ emolumentum, ut virtutes crescant, & quæ recta rectè fiant; quippe operæ ellò laboriosa nihilis, ni fiant rectè. Rectè fiant (iuxta Gloriosum N. Patriarcham, *Regul. Sancti*, cap. 19.) ubi mens concordat voci. Non sunt est fiant, quando tumultus cogitationum avocant animum: iubeturque sequi meritò sequentem; ut in eo quod facit, necessarium in opus prædisponat intentionem: equidem quæ facta, in præmium omnino infecta; quia facta sine attentione ex cogitatione vaga. Sequitur, qui consequitur: consequiturque, ubi merces ex labore disponitur. Non sequitur sequendo, cuius labor perit, & ex labore non quies, sed maior labor exurgit: moteturque qui sequitur, ut sequatur; ut consequatur quod sequitur: igitur defectu (etiam cum intentione) attentionis, signum claret fatuitatis; sustinere ex virtutis functionibus totum laborem, & ex continuo labore nullam habere mercedem.

S. Bened. Quo pacto in chore que facta infecta infestat.

Laboratur in vanum.

5. Liqueat ex textu. *Tollat crucem suam & sequatur me*. Crux divinis addictorum officijs, est pondus adimpletionis, noctu dieque; quippe omni tempore humetis portatur crux, & interruptione somni, & continuatione linguæ. Est crux cum pondere crucis, modo coram Deo fit tantum præsentia corporis. Est crux sine crucis pondere in pondere crucis; modò sit operæ merces, quam ex attentione ac intentione consequitur, quisquis huiusmodi crucem ex voto patitur. Christum sequi, nil aliud est, nisi sic crucem portare. Portatur in oratione continua, verum eor longè à præsentia; dicitur Christus in laborantium præmium, quod qui cruce sequuntur, illum sequantur; siquidem lamentabile, quòd nullam sponte percipiunt utilitatem, tam gravem continuo portantes pondere crucem. In contextu est

regula directionis, ut in utilitatem orantis procedant preces. Si quis sequi, denegat Semitipsum. Se denegare, est non esse sui; quod debet esse in perfecta oratione. Sui orans est, cum suarum & non Dei cogitationum fuerit; & sese orantem denegare Christus docet; ut nascatur orationis fructum, ex cogitatione intentam fervore in Deum: etenim in illo defixum habebit cor; quisquis uti ibi non sui, sibi abnegaverit se. Sibi meditatio dixi: igitur in ministerio, quo intenditur Dei laudatio; minuit ponderosam ex continuatione crucem, quisquis sequitur locando in Christo cogitationem. Pendo & quivocum vocis, dum commendatur ab illo portatio crucis. Tollat crucem suam. Significat Tollere & crucem assumere & crucem deponere. Verbi ambiguitas demonstrat pondus crucis, & levamen ponderis: equidem cum labor in laborem pondus graver, & premium ex labore crucis gravitatem levet; in attentione portantis, stat pondus, & stat levitas crucis. Levitas, quia habet mercedem, sacrificando simul cum oratione attentionem: pondus, cum non habeat ex opera premium, & sapius laborer ac laborer in officium.

Unde pon- dus & le- vamen in officij divi- ni recitatio- nez

Ier. 48. 10.

Quomodo in buisimo- di officio, fructus frau- datior?

Deuter. 15. 21.

Quae oratio postulat?

Psal. 64. 2.

sitè vel in opposito munere: silentiumque praefertur plausui, si macula cordi victimae; quoniam, si cor vagum, & opus sacrificij defunctiorum; satius in plausu, quòd sileant, quam quòd maculati plaudant.

7 Vel claudum. Sic cor orantis, & duabus vijs in chorum ingredientis, ut suis cogitationibus blandiatur, & simul usque in caelum obsecratione clevertur; quod quidem summa fatuitas: igitur affectatur volatus; dum hinc inde serpit cor stultis cogitationibus. In caelo fursum, & in terra deorsum; est proverbium tritum in Scriptura. Affectibus movetur anima, ita ut non sit alibi, quam ubi allesta figitur cogitatione. Unde in desiderijs clauda, facer miserandè decepta, & quasi esset oratione fursum in caelo, quae in terram inclinat motu, affectibus claudicando: quandoquidem impossibile prorsus, cogitatione esse fursum, & simul esse affectionibus deorsum. Preces oim pingebantur clauda, uti refert Vincent. Chartar. in Iani imagin. fol. 28. ex Homero, qui 9. Iliad. à v. 497. ait: Lita clauda, Iovis filia. A Iove admittuntur uti assilentes; sed expelluntur à conspectu deitatis, dum clauda procedunt, quantumvis supplices: equidem cum hinc a corde trahantur, ubi illic inclinata perducuntur; iubentur expellere vel in suplici oratione, quoniam affectum contrario minime procedunt rectè. Rectè ad Dei faciem introducit oratio, modo coram facie sua ambulat supplex devotio. Vanis, inutilibus cogitationibus claudicans versus latera fectitur: tuncque repulsa à conspectu uti vacua rejicitur: quia accedendo recedit, & appropinquando fugit: igitur quum in accessum graditur; non graditur, sed revertitur.

Quae clauda?

Afor. 2. 19

Preces claudae.

Homor.

8 Argumentum explicat Gregorius Magnus. Omnis iustus (inquit Homil. 4. in Ezechiel.) qui vitam suam sollicitus aspicit, & diligenter considerat, quantum quotidie in bonis crescat; aut fortasse quantum à bonis decreseat; iste quia se ante se ponit, coram se ambulat; quippe qui vigilantè videt, utrum surgat, an desinat. Quisquis verò vite suae custodiam negligit discutere quae agit, quae loquitur; quae cogitat; aut despicit, vel nescit: coram se ipse non ambulat, quia qualis sit in suis operibus, vel in moribus ignorat, nec semetipsum praesens est. Totus ille tenor habendus in oratione, ut qui stat ibi sit mente. Oratione ambulat, sed diversione voluntaria ultrò citroque se inclinat. lam cogita-

Greg. Mag.

Rectè evet, qui cor. se ambulat.

tatione claudicat, quippe despicit quid loquitur, quid cogitat, & quid agit; vel utrum surgat an desinat. Si Deum respicientem respicit, sese coram se (ut in bonis crescat) ponit. Si se respicit, se non respicit; quia à se cogitatio subtrahit: unde cum procedendo non procedat, qui affectionibus vanis affectu claudicat; claudicatione inanium, procedentes retrocedunt. De Cherubinis dicitur: Unumquodque eorum coram facie sua ambulabat; nec revertebantur cum ambularent. Ante faciem, cum in Deum dirigerent ex spiritu orationem; quin se relinquere, dum in Deum intenderent: equidem offerentes cordium oblationem supplicem, ut rectius fieret, respiciebant respicientem. Qui se colentem Deum intuetur, in oratione graditur: qui Deum cultum non considerat, in orationis processione regreditur: illicque non revertebantur cum ambularent; quia videbantur quam attentione coram Domino procederent. Est in oratione spiritus impetus, animam in Deum elevantis: & impetus futilis cogitationis, usque in ima deprimentis. Illo anima ambulando praecurrit: hoc procedente recedit: Cherubinique ambulantes haudquaquam processione revertuntur; quippe non cogitationis, sed ubi erat impetus spiritus gradiebantur. Si hinc inde ambularent, preces uti clauda in Deum properantes, procedendo non procederent; igitur spiritus flagrantis sacer impetus retineretur a stultis cogitationibus: minimeque reversi cum ambulabant; quia in oratione fixi quo tantum ibant. Quorum claudus in oratione affectus, minime ponunt in via gressus suos. Oratio bona, sed non ubi cogitatio vana: vanaque utique intervenit cogitatio in sanctissimo exercitio; ubi ex illo prorsum egrediuntur vacui, sicut ingressi. Oratione ad Deum appropinquaverunt, & festerunt. Appropinquaverunt, quia oratio grata; & festerunt, cum appropinquarent, quia cor extra. Appropinquarunt residentia corporis: festerunt vagatione mentis. Sunt non in loco, seu ubi rapit vultivola cogitatio: equidem quasi inter duplicem cynosuram ancipites, hinc inde claudicantes, stant, quin propinquantes stent in conspectu Dei; quippe a se ducti & seducti parvipendant ubi sint, ignorantes & scientes ubi sunt.

Ezech. 1. 12

Qui non velle, accedendo retrocedit

Vanum orationis opus quo nullus fructus.

Psal. 37. 12.

Quae oratio caecat?

mè videant; in cuius orent conspectu. Ergo consideremus (subdit Gloriosus Benedictus ubi n. 4.) qualiter oportet nos in conspectu divinitatis & Angelorum eius esse. Considerant ibi, quòd affectus ducit; non quid oportet. Haud cogitant qualiter adsunt, sed duntaxat quòd adsint, quin detrimenta ex diversione sentiant: etenim videntes non vident; quoniam praesentiam maiestatis cognoscunt, & maiestatem despiciunt. Hæc est summa desidium obsecratio super morbum voluntarium caecitatis, quo intuitu dicit Saluator: Videbitis & non videbitis. Non videbitis in cultum Numinis, & reverentiam; & videbitis in ampliorem scientiam noxam: siquidem si despectus semper crimen, amplius profecto praterite praesentem; quoniam ob cogitationes penitus vacuas; honor proteritur atque divina maiestas. Non potui ut viderem, Nec posse? Utique, ex inlicita vagationis consuetudine. Mentis iudicium (ait Gregor. Pap. Homil. 31. in Evangel.) ad rectitudinem conspici, sed ad bona operis fortitudo succumbit. Iam de peccati peccati: usitata etenim culpa obligat mentem, ut nequaquam surgere possit ad rectitudinem. Extra se David pravus cogitationibus erat, ubi necessarium quod in se effunderet animam. Cor meum (ait) conturbatum est in me: dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum & ipsum (Etiā, ut alibi fuscè dixi) non est meum. Quomodo videre non poterat, si videbat? Quia tumultus cogitationum imaginationem conturbaverat; ut esset ubi erat animi affectus; haudquaquam ubi cupiebat animus; quia impetus passionum spiritus retrahebat impetum proponentis in deprecatione Dei conspectum. Quare voluntas allucta inanibus curis, ita subdita iacebat phantasia cogitationis; ut propter diversionem diversitatem, & sollicitudinem importunam multitudinem, videns Numen praesens videre non posset, quantumvis videre vellet. Proh miser! Siccae appetitus dominatio (maximopere cum impetu) animique depressio, ubi animae est necessaria elevatio. Voluptatis & doloris clavus (inquit Plutarch. Convivial. lib. 8. q. 2.) summum malum habere hoc videtur; quòd ea quae sensibus sunt suavia intellectibus facias illustriora, cogatque mentem, ut ex turbulento motu, potius quam ex ratione iudicium faciat. Non enim in sensibus est perfectus, quem gravat sensuum tumultuarius impetus: equidem ut ait Seneca in Hippolyt. v. 178.

S. Benedict.

Matth. 13. 13.

Verf. 14.

Psal. 39. 13.

Greg. Mag.

Psal. 37. 11.

Ipsum pro Etiam.

Deum videndo non videt, qui praesentem non attendit.

Plutarch.

Va

Senec. *Vadit animus in preceptis, sciens, Rematque frustra sana consilia appetens.*
 10 *Vel debile.* Peior in hoc sacrificio laudis victima debilis, quam clauda: equidem quod claudum aliquando erigitur & aliquando seclitatur, ut observant Ambrosius in *Apocalypf.* cap. 6. & Gregor. Magn. in *Ezechiel.* Homil. 14. quod verò debile caret interna virtute. Virtus interna deficit, quum in oratione tantummodo corpus adest: rejicitque Deus in laudis sacrificio quicquid debile: quia victima sine corde. Perpende. *Pater* (dixit Christus in sermone post cenam) *quos dedisti mihi, volo ut tibi sum ego, & illi sint mecum.* Quos per Apostolorum successionem Pater aternus dedit filio, ut sint cum eo: proculcubio arbitrator, qui additi choro. At multa in auctoritate nobis negotium facessunt. Cum illo tunc discipuli erant, & ubi erat: cur ergo petit à Patre ut sint ubi ille cum illis est, quando alibi, qui secum habet, non sunt? Deinde: si illos habet secum intra cenaculum; cur exorat, quos habet, ut habeat secum? Ut oratio fiat debito fine, atque cordis attentione. Qui assuntur divino officio, assuntur sanequam choro, ubi Christus est & sunt: sed non sunt ubi ille cum illis est, ni illorum praesens sit cor; quia praesentia astruitur minime labijs, sed intentione & attentione cordis. Est Christus cum illis & illi cum Christo, modò animi icu prompta procedat oratio: dicitque pro fine recto, *ubi ego sum, illi sint;* quippequam qui sine fervore assarent, fuissent na quasi non essent. Ubi fuerint laudantium corda, ibi à Christo designatur praesentia: societasque sociorum sollicitatur à Christo, dum somus cum illo in choro; igitur non est praesentia praesentia, si cor assistentium longè. Ubi corda, ibi laudantium charissimata, & plausi laudibus dona. Unde ille dicit: *Omnis qui petit, accipit, & qui quarit, invenit: & pulsanti aperietur.* Luc. 11. 10. Sic virtutem acquirunt, qui sunt ubi Christus est, offerentes cum vocibus corda, queis comprobatur praesentia: dimittunturque inanes, quorum in vocibus duntaxat audiuntur voces; quoniam non pulsant, dum clamant, remoti corde, summa in virtute virtutis debilitate: igitur qui sic petit, nihil accipit; qui sic quarit, nil invenit. En causa cur addit, *Mecum.* Pendet societas ab animo, & à sociorum in quantum emolumentis; quippe qui cum illo non colligit, non colligit, sed dispergit. Sunt orantes cum

Presentia orantis ex praesentia cordis.

Matth. 27. 30.

illo, si ille habet secum; ut communiceb bonum. Secum habet, dum corda continet, nequaquam quum voces audit: dicitque ut orantium habeat cor, quod quicquid secum, secum sint; quoniam nullam audit vocem, propter nimiam victimae virtutis debilitatem. Necessè est quòd dicitur: *ut oratione accedat, & pulset anima; ut capiat caelestia dona: verum cum Christo non sit, et si eius audiatur vox; remanet tantum statua, in Salvatoris praesentia: quantum quidem ita debilis oratio sine virtute subsistit, ut praevaleat virum nec peidem movere possit.*
 11 Denique victima in Dei laude, nihil debet habere *deforme.* Ex attentionis defectu quanta animarum ruina! quanta incommoda; igitur de malis precipitantur in mala. Ex defectibus praefatis non forma in orantium prece, quasi quid in virtutis materia informe. Quid ergo erit *deforme* in Dei summi promptis laudibus? Animus laudantium penitus dissolutus, qui in reatum criminis, torquet sanctitatis orationem; & simul sine ullo respectu maiestatis praesentis, proculcat Dei maiestatem: siquidem cogitatur in orationis loco, etiam alienum ab angulo. *Qui non possunt occurrere hora competenti in Oratorium* (inquit Doctor Monachorum, d. cap. 50.) *agant ibidem opus Dei, ubi operantur* (ergo qui extra Oratorium nil operantur; semper distringi debent ad Oratorium. Vellem haecce perpendi, pro facili debiti arctissimi dispensatione) *cum tremore divino stectentes genua.* Genua stectere, est summa signum reverentiae: & eò crescit effrontis pervercatia petulantiae; ut expuatur divina auctoritatem maiestatis, sub demonstratione ficta supremæ venerationis. Cum Christo erant qui illum ceciderunt flagellis, qui coronarunt spinis; sed illos nequaquam habebat secum, quorum videbat consortium: igitur non sunt illius; qui in unum congregantur, non ut Christum laudent, sed ut tribulis coronent, vel flagellent. Hucusque procedere videbatur improbitas, & ultra progressa ingeniosa malignitas: *Genus stectens ante eum, illudebant ei.* Claret quousque perveniat cogitationis audacia, dum versatur impudenter inter illicita. Genuflexio exprimit summam cordis subiectionem, & subiecti acclinationem, insignem reverentiam, & in venerandi gloriam; cuius magnitudini, praet excellentiam celsitudo, meritò iureque respondebat adoratio, laude comite; & quapropter di-

Quid oratio deformis?

S. Bened.

Dei studeat risui, sub adorationis specie.

Matth. 27. 30.

cc-

DIDASCALIA III.

Nativitas Ioannis pignus nativitatis Salvatoris.

cebant: *Ave.* Quis crederet quod cum laudarent, illuderent? Laudabant, verum expuebant: illudentes adorabant, ostendentes quo proposito querebant esse cum Christo: igitur quem videbant, magis figebant spinis, sub specie detestabili & titulo adorationis.
 12 Hanc dicemus cordis supplicis humilitatem, vel humiliationem? Orationem, vel certamen? Profectò ludibrium, subannatio, opprobrium & cordium pugna; ubi acerbior latet sub honore irreverentia. Hoc est ministerium ante faciem Domini? Hicne cultus, dum expuatur facies? *Ministerium in ministrando:* ait Doctor Gentium. Vivide: etenim ab additis in terra caelesti choro, officium nequaquam adimpletur sine officio. Ministerium debet esse, & non ministerium sine ministratore: equidem si ministerium laudis est & laborum sacrificium; quanam sacrificij in acceptionem exhibita victima polluta, clauda, caeca, debilis, atque abominacione deformis? *Ministerium tuum imple:* dicit Paulus. Ministerium ministrando, ut sit in officio plenitudo. Ministerium est officium divinum sumptum nudè: plenitudo, vox laborum praesente corde: & non tantum dicit Paulus ministerium, sed etiam in illo ministracionem; quia nequaquam ministerium impletur, ni ministrans habeat ministerij plenitudinem: *Vulgò: No se cumple:* etenim in officio debet ministracionis, minime virtus quae iacet tantum materia virtutis. Alia alibi. Ita ministeria, ne opera sint inutilia & otiosa: diciturque in ministerio ministratio, ubi ministratur Domino; quia officium exigit suapte conditione actionem, quam non habet, nisi habuerit plenitudinem. Non orat, qui movet labia; sed quorum voce laboriorum moventur corda. Hæc est voluntas laborum, à qua nunquam cordis defraudatur desiderium: siquidem quæ vota ascendunt in præce, descendunt de caelo gratia. Sic orandum in officio, ut sit ministerij ministratio: igitur solum in oratione orat (ut verbis utar Profani ad *Pison.* v. 215.) qui
 Animum, non carmina iactat.

Sub honore irreverentia.

Rom. 12. 7.

2. Tim. 4. 5.

Non est oratio, cui deficit orationis plenitudo.

Psal. 20. 3.

Lucan.



1 Quasi catagraphe per adumbrationem huius felicitatis, præ se fertur ortus optatus Samuelis. Deo sinitur eo tempore, quo sermo Domini erat pretiosus, quia non erat visio manifesta. Ita res se habebat, sed puer Samuel ante faciem Domini ministrabat. Quo pacto ante Domini faciem ministratio, si Dei nec per somnum erat visio? Eminebat Dei gratia, & infantis in ministerio excellentia. Ante faciem ministrabat, quia Dominus post obsequium apparebat: equidem excellentia virtutis tante Domino acceptionis; ut idem esset Samuelem ministrare, ac Dominum apparere. Claret in puero Samuele Praecursoris sciagraphia, quo effusum tendebant humana vota: equidem Ioannes ita Salvatori acceptus; ut fieret Prodomus, praecognita in carne fausta nativitate Salvatoris, ex felicissima nativitate Ioannis. *Tuba caeli, praeco Christi, par Angelis, Signifer superni Regis* (ait Chrylog. *serm. 91.*) *Iam nascatur Ioannes, quia in stat nativitas Christi: surgat novus Lucifer, quia iubar iam veri Solis erumpit: det vocem praeco; quia adest iudex: clamet tuba, quia venit Rex: & quia processurus est Deus, Angelus iam procedat.* Dignum sanè, quod Lucifer procedat Solem: verum mirum, quòd sequatur Sol precedentem. Non mirum, Praecursor est: sequiturque cursum Sol, quippequam ex nativitate Ioannis cognoscendus ortus Solis;
 Unde diu optatum terris iubar adfuit, unde
 Perdita tot facili nostra reperta salus.
 2 Quis putas puer iste erit? dicebant qui Ioannis audierant nativitatem. Cur igitur visis tot miraculis (queis stupor cunctis non dicunt quis sit, sed *Erit?* Solem praecessurum dicit Angelus: *Ipsè procedet ante illum.* v. 17. Altruit pater nuncium, *Præbis ante faciem Domini,* v. 76. quippe tunc Domini videbitur facies. Cunctorum cogitatio est de futuro; sed miraculis cunctorum vincitur, est ex celsa, cogitatio: igitur quaecumque futura, ex ipsa Ioannis nativitate praesentia. *Etas Ioannis*

1. Reg. 3. 1.

Cap. 2. 18.

Samuel quum Deo acceptus.

Chrylog. Baptista encomia.

Benavid.

Luc. 1. 66. Etas etas ab utero.